

INTROIT Psalm 138: 17

Mihi autem nimis honoráti sunt amici tui. Deus: nimis confortátus est principátus eórum. (Ps 138: 1-2) Dómine, probásti me et cognovísti me: tu cognovísti sessiõnem meam et resurrectionem meam. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Mihi autem nimis honoráti sunt amici tui. Deus: nimis confortátus est principátus eórum.

COLLECT

Deus, qui nos beáti Bárnabæ Apóstoli tui méritis et intercessiõne lætíficas: concéde propítius; ut, qui tua per eum beneficia póscimus, dono tuæ grátiaë consequámur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

LESSON Acts 11: 21-26; 13: 1-3

In diébus illis: Multus númerus credéntium Antiochiæ convérsus est ad Dóminum. Pervénit autem sermo ad aures ecclésiæ, quæ erat Jerosólymis, super istis: et misérunt Bárnabam usque ad Antiochiam. Qui cum pervénisset, et vidisset grátiam Dei, gávisus est: et hortabátur omnes in propósito cordis permanére in Dómino: quia erat vir bonus, et plenus Spíritu Sancto, et fide. Et appósita multa turba Dómino. Proféctus est autem Bárnabas Tarsum, ut quaereret Saulum: quem cum invenisset perduxit Antiochiam. Et non innotet conversáti sunt ibi in ecclésia: et docuérunt turbam multam, ita ut cognominaréntur primum Antiochiæ discipuli, Christiáni. Erant autem in ecclésia, quæ erat Antiochiæ, prophætæ et doctóres, in quibus Bárnabas et Simon, qui vocabátur Níger, et Lúcius Cyrenénsis, et Mánahen, qui erat Heródis Tetrárchæ collectáneus, et Saulus. Ministrántibus autem illis Dómino, et jejunántibus, dixit illis Spíritus Sanctus: Segregáte mihi Saulum, et Bárnabam in opus, ad quod assumpsit eos. Tunc jejunántes et orántes, imponéntesque eis manus, dimisérunt illos.

GRADUAL Ps. 18: 5; 18: 2

In omnem terram exívit sonus eórum: et in fines orbis terræ verba eórum. Coeli enárrant glóriam Dei: et ópera manuum ejus annúntiat firmaméntum.

LESSER ALLELUIA John 15: 16

Allelúja, allelúja. Ego vos elégi de mundo, ut eátis, et fructum afferátis: et fructus vester maneát. Allelúja.

GOSPEL Matt 10: 16-22

In illo témpore: Dixit Jesus discipulis suis: Ecce ego mitto vos sicut oves in médio lupórum. Estóte ergo prudéntes sicut serpéntes, et simplices sicut colúmbæ. Cavéte autem ab homínibus. Tradent enim vos in concíliis, et in synagógis suis flagellábunt vos: et ad præsides, et ad reges ducémmini propter me in testimónium illis, et géntibus. Cum autem tradent vos, nolíte cogitare quómodo, aut quid loquámini. Non enim vos estis qui loquímmini, sed Spíritus Patris vestri, qui lóquitur in vobis. Tradet autem frater fratrem in mortem, et pater filium: et insúrgent filii in paréntes et morte eos afficient: et éritis ódio ómnibus propter nomen meum: qui autem perseveráverit usque in finem, hic salvus erit.

OFFERTORY Psalm 44: 17-18

Constítues eos príncipes super omnem terram: mémores erunt nóminis tui, Dómine, in omni progénie et generatiõne.

SECRET

Múnera, Dómine, obláta sanctífica, et intercedénte beáto Bárnaba Apostolo tuo, nos per hæc a peccatórum nostrórum máculis emúnda. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

PREFACE OF THE APOSTLES

Vere dignum et justum est, æquum et salutare, Te Dómine suppliciter exoráre, ut gregem Tuum pastor ætérne, non déseras: sed per beátos Apóstolos tuos continúa protectiõne custódiás. Ut iisdem rectóribus gubernétur, quos óperis Tui vicários eidem contulísti præesse pastóres. Et ideo cum Ángelis et Archángelis, cum Thronis et Dominatióribus, cumque omni milítia cæléstis exércitus, hymnum glóriæ Tuæ cánimus sine fine dicéntes:

COMMUNION Matt 19: 28

Vos, qui secúti estis me, sedébitis super sedes, judicántes duódecim tribus Israël.

POSTCOMMUNION

Súpplices te rogámus, omnipotens Deus: ut, quos tuis réficis sacraméntis, intercedénte beáto Bárnaba Apóstolo tuo, tibi étiam plácitis móribus dignánter tribuas deservíre. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

Thy friends, O God, are made exceedingly honorable: their principality is exceedingly strengthened. (Ps 138: 1-2) Lord, Thou hast proved me, and known me: Thou hast known my sitting down and my rising up. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. Thy friends, O God, are made exceedingly honorable: their principality is exceedingly strengthened.

O God, Who dost make us joyful with the merits and intercession of blessed Barnabas, Thine Apostle: mercifully grant that we, who ask Thy benefits through him, may obtain them by the gift of Thy grace. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

In those days, a great number of believers at Antioch were converted to the Lord; and the tidings came to the ears of the Church that was at Jerusalem touching these things, and they sent Barnabas as far as Antioch: Who, when he was come, and had seen the grace of God, rejoiced: and he exhorted them all with purpose of heart to continue in the Lord: for he was a good man, and full of the Holy Ghost and of faith. And a great multitude was added to the Lord. And Barnabas went to Tarsus, to seek Saul; whom, when he had found, he brought to Antioch. And they conversed there in the Church a whole year; and they taught a great multitude; so that at Antioch the disciples were first named Christians. Now there were in the Church which was at Antioch, prophets and doctors, among whom was Barnabas and Simon, who was called Níger, and Lucius of Cyrene, and Manahen, who was the foster-brother of Herod the tetrarch, and Saul. And as they were ministering to the Lord, and fasting, the Holy Ghost said to them: Separate me Saul and Barnabas for the work whereunto I have taken them. Then they fasting and praying, and imposing their hands upon them, sent them away.

Their sound went forth into all the earth; and their words to the ends of the world. The heavens show forth the glory of God; and the firmament declareth the work of His hands.

Alleluia, alleluia. I have chosen you out of the world, that you should go, and should bring forth fruit: and your fruit should remain. Alleluia.

At that time, Jesus said to His disciples: Behold I send you as sheep in the midst of wolves. Be ye therefore wise as serpents, and simple as doves. But beware of men; for they will deliver you up in councils, and they will scourge you in their synagogues. And you shall be brought before governors, and before kings, for my sake, for a testimony to them and to the gentiles. But when they shall deliver you up, take no thought of how, or what, to speak; for it is not you that speak, but the Spirit of your Father that speaketh in you. The brother shall deliver up the brother to death, and the father the son; and children shall rise up against the parents, and shall put them to death; and you shall be hated by all men for My name's sake; but he that shall persevere to the end, he shall be saved.

Thou shalt make them princes over all the earth: they shall remember Thy name, O Lord, throughout all generations.

Sanctify, we beseech Thee, O Lord, the gifts offered to Thee, and by the intercession of blessed Barnabas, Thine Apostle, cleanse us through them from the stains of our sins. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

It is truly meet and just, right and for our salvation, to entreat Thee humbly, O Lord, that Thou wouldst not desert Thy flock, O everlasting Shepherd, but, through Thy blessed Apostles, wouldst keep it under Thy constant protection; that it may be governed by those same rulers, whom as vicars of Thy work, Thou didst set over it to be its pastors. And therefore with Angels and Archangels, with Thrones and Dominations, and with all the hosts of the heavenly army, we sing the hymn of Thy glory, evermore saying:

You who have followed Me shall sit on seats judging the twelve tribes of Israel.

We humbly beseech Thee, O almighty God, that, through the intercession of blessed Barnabas, Thine Apostle, Thou grant us, whom Thou dost refresh with Thy sacraments, to serve Thee worthily with behavior pleasing in Thy sight. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.